Fragmentarium

in manu sua. eleuauit oculos ad celū
& ait; Dn̄e ihū xp̄e cui nihil inpossibile est.
qui fractū mundū p lignū concupiscentiae.
p lignū crucis tuae in auis fidelib; reparasti. t restaurasti.
qui nato ceco oculos quos natura negauerat
reddidisti. qui mortuū lazarū & sepultū.
post quartū diem ad superos reuocasti. &
om̄s morbos. & omnē egritudinē curatas tuę
uerbo curasti. adesto sup istos lapides p̄tiosos.
& quos ignorantes fructū elemosinę ad
plausus hominū confregerunt. tu dn̄e per
manus angelorū tuorū modo recupera. ut
p̄tio eorū misericordiae usu expleto. facias
credentes tibi in sc̄o sp̄u illuminare totius
aecclae. peruenire ad tuū inpium; Cūque
respondissent fideles qui cū apto erant &
dixissent am̄. ita sunt solidata fragm̄ta
gemmarū. ut nec signū aliqd̄ deeo qd̄ fracte
fuerant remaneret; Tunc phylosophus
crathon simul cū his iuuenibus & cū uniusis
discipulis suis pedibus eius aduolutus.
credidit & baptizatus. ē cū omnibus. & ce
pit fidē dn̄i nr̄i ihū xp̄i publice p̄dicare;
Tunc duo illi fr̄s uenundantes gemmas
quas uendito patrimonio suo emerent.
paupib; tradiderunt. & coepit turba infi
nita credentiū adherere apto; Tunc duo
fr̄s honorati ciuitatis aephesorū. horum
sequentes exemplū. secdm̄ euuangtu pre
ceptū. uenundantes om̄ia que habere po
terant. & dantes uniuersa egentibus.
sequebantur aptm̄. p ciuitates euntem.
& uerbū dn̄i p̄dicantē. Contigit autē
ut intrantibus illis urbē pgamū. uiderent
seruos suos sericis indutos uestibus. proce
dentes. & in gloria seculari fulgentes.
Vnde factū. ē. ut sagipta diaboli pcussi.

tristes efficerentur. qd̄ se in unum pallium
uiderent egenos. suos uero seruos potentissimos
atque fulgentes; Sed hos dolos colligens
apts. ait; Video uos & animos uros mutasse
& uultus. ppt̄ hoc qd̄ doctrinā dn̄i mei ihū
xp̄i secuti estis. om̄ia que habere potuistis
pauperibus contulistis; Vnde si uultis recu
perare om̄ia que in auro & argento uel lapi
dibus p̄tiosis habuistis. deferte m̄ uirgas
rectas in singulis fascibus; Quod cū fe
cissent. inuocato nomine dn̄i conuerses
in aurū; Iterū. dix eis; Deferte m̄ lapides
minutos. a litore maris; Quod cū fecissent.
inuocata maiestate dn̄i. conuersi sunt
in gemmas; Tunc dic̄ eis s̄cs apts; Per septē
dies ite p aurifices. & gemmarios. & dum
pbaueritis uerū aurū & ueras gemmas.
nuntiate mihi; Euntes autē ambo.
p septē dies reuersi sunt ad apostolum
dicentes; Dn̄e. omniū aurificū officinas
circuiuimus. qui om̄s dixerunt tam p̄
tiosū aurū & tā obtimū numquā se ui
disse; Sed & gemmarii eadē dixerunt.
tam optimos lapides & p̄tiosos nūquā
a se uisos fuisse; Tunc dicit eis s̄cs iohannes;
Ite & redimite uobis terras quas uendidistis.
quia celorū p̄mia p didistis; Emite uobis
sericas uestes. ut pro tempore fulgeatis
sicut rosa; Sed dū flos eius & odorē parit
& ruborē ostendit. repente marcescit.
Suspirastis enī intuitu seruorū aspectu.
& uos affectos pauperes gemuistis; Estote
floridi. ut marcescatis; Estote diuites
temporalit̄. ut in ppetuū mendicetis;
Numquid non ualet manus dn̄i ut faciat
seruos suos diuitiis affluentes. & incon
parabilit̄ splendentes. Sed certamen

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 9r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49417)